Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. Rex Lithwanieque
Princeps supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis
Quomodo consideratis fidelibus serviciis Nobilis Martini Wrbanowicz de Tarnkow, que ingenue in
fidelitate nostre Maiestati nostre exhibuit, et presertim veniendo ad nostram Maiestatem ad Regnum
nostrum Hungarie, et adhuc mera fide poterit diligencius exhibere in futurum. Horum intuitu
volentes ipsum consolari et ad obsequia nostra reddere prompciorem Sibi in et super villa nostra
Lesznowicze dicta et Wirzbicza ad ipsam pertinente in terra Russie et districtu Chelmensi sita
sexaginta marcas monete et numeri Polonicalis quadraginta octo grossos in marcam quamlibet
computando, dedimus donavimus damusque donamus inscribimus et largimur graciose
tenendas per ipsum et ipsius legittimos successores cum omnibus eiusdem ville utilitatibus
fructibus censibus redditibus proventibus agris pratis campis silvis nemoribus borris
Rubetis rivulis lacubus stagnis piscinis piscaturis paludibus aquis et earum
decursibus molendinis emolumentis venacionibus aucupacionibus mellificiis et alimentis
universis quibuscumque dicantur nominibus ad prefatam villam ac Wirzbicza pertinentibus quemadmodum
habendas tenendas utifruendas et pacifice possidendas tamdiu quousque per nos vel
successores nostros Sibi vel suis legittimis posteris eadem sexaginta marce monete
et numeri eiusdem ex integro persolvantur. Quibus persolutis eadem villa et Wirzbicza
ad eandem villam spectans, possessio redibit pleno iure. Stacionibus in nobis et Tributis
Regalibus per annum semper salvis Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio
literarum. Datum in loco Campestri Exercituum nostrorum Regalium iuxta opidum nostrum Pesth
... die Sancti Andree ... Anno domini Millesimo quadringentesimo

Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. Rex Lithwanie que princeps supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis Memorie quod consideratis fidelibus serviciis Nobilis Andree Wrbanowicz de Tarnkow, que ingenere sua fideliter que Maiestati nostre exhibuit et presertim veniendo ad nostram Maiestatem ad Regnum nostrum Hungarie et adhuc maiora fide poterit diligencius exhibere in futurum. Horum intuitu volentes ipsum consolari et ad obsequia nostra reddere promptiorem Sibi in et super villa nostra Lesnowice dicta et Wirzbiga ad ipsam pertinente in terra Russie et districtu Chelmensi sita sexaginta marcas monete et numeri polonicalis quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, Dedimus donavimus damusque donamus inscribimus et largimur graciose per ipsum et ipsius legittimos successores cum omnibus eiusdem ville utilitatibus fructibus censibus redditibus proventibus agris pratis campis silvis nemoribus borris Rubetis fluminibus rivulis stagnis piscinis piscaturis paludibus aquis et earum decursibus molendinis emolumentis venacionibus aucupacionibus mellificiis et aliis universis quibuscunque dictantur nominibus ad prefatam villam ac Wirzbiga pertinentibus comprehensis habendas tenendas utifruendas et pacifice possidendas tamdiu quousque per nos vel successores nostros sibi vel suis legittimis posteris eadem sexaginta marce monete et numeri eorumdem ex integro persolvantur. Quibus persolutis eadem villa et Wirzbiga ad eandem villam spectantes possessio redibit pleno iure. Stacionibus in nobis et Crinibus Regalibus per annum semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in loco campestri Exercituum nostrorum Regalium iuxta opidum nostrum Pesth feria quarta in vigilia Sancti Andree beati apostoli Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo

Dominus Rex per se.



Vladislaus Rex [illegible]
[illegible] in villa Lesniowice [illegible]
[illegible]

Lesniowice

Q

1564

[illegible] Januarij [illegible]
in Conventu [illegible]

1441

37

17